Jacobus <de Paradiso>: Sermones dominicales notabiles et formales

[Straßburg: Georg <Husner>], [ca. 1475] Seite 266



filiginez hanc alioquin mauri
te apphendent· q̇ statim oia sua
paupib⁹ dedit h̄ ꝛ nos faciam⁹
vt p opera misericordie eterna
tabernacula possidere valeam⁹
xp̄o ih̄u dño nostro Amē· Dñica x

QVm appinquaret ih̄us
hierusalē Luce·xix· Veri
tas hystorie hic narrate
scꝫ d̄ finali excidio ciuitatis hie
rusalē p principes romanos ti:
tum ꝛ vespasianuꝫ cōpleta fuit
q̄rto anno p⁹ ascencōꝫ xp̄i prin:
cipalit̄ ꝓpter rebellionē iudeo:
rū ↄtra impiū romanoꝝ ꝛ ꝓpt̄
innocētē mortē xp̄i· qꝛ hoc etiā
notauit xp̄s cū ī die passionis
sue baiulans sibi crucez loque:
batur ad filias hierusalē flētes
nolite inq̇t flere sup me h̄ sup
vosipsas flete p̄uidens q̄ ipse
erant passure tp̄e excidij ciuita
tis q̄ in euangelio tangunt̄· ꝛ h̄
dixit ih̄s in die palmaꝝ cum a
bethania ꝓcessit ad hierusalez
de monte oliueti· turbe cū maxi
mo honore ipsū susceperunt ve:
stimēta ꝛ ramos in via sternē:
tes cū ymnis ꝛ canticis euꝫ ꝓ:
sequentes dicentes Osanna be
nedict⁹ q̇ venit in nomine do:
mini rex isrł· ip̄e vero aselle
insidebat cōtemptabili iumēto
ꝛ lacrimabiliter flebat nō ꝓpt̄
imminentē suā passionē· sed ꝓpt̄
calamitatē supuenturā ciuitati
dabant̄ tn̄ ꝓ penitentia iudeis

iiij·anni si vellent agere penitē
ciā de morte xp̄i· aliquib⁹ tamē
penitentib⁹ ꝛ ad fidē ↄuersis in
dulgentia facta est· et credit̄ p̄:
senti mense factū excidiū hieru:
salem· Tanguntur igitur h̄ tria
Primo paternalis ↄpassio sup
calamitatez ventura miserabili
ciuitati· Secundo modus hui⁹
calamitatis· quia venient in te
dies ꝛc· Tertio originalis causa
hui⁹ excidij ꝛ subuersionis ibi
Et egressus in tēplum cepit ei:
cere ꝛc· Quantum ad primum
apropiquate cristo ciuitati hie
rusalem tanquaꝫ obiectore sta:
bili qꝛ mouebat ipsum ad cōdo
lendum malo futuro· videns ci
uitatem fleuit· in hoc se veruꝫ
deuꝫ ꝛ hominem testans· quia
nō nisi homo flere posset neqꝫ
futura presciret si deus nō esset
in hoc se habuit sicut pijssima
mater filiam suā videns insani
re tanquam freneticā quanto fi
lia plus insanit tātomagis ma:
ter lacrimatur· sic iudei iaꝫ tunc
extremum malum concluserūt
pagere scꝫ filium dei saluatorē
suum interficere qui tanta bo:
na eis fecerat· testis est scriptu:
ra veteris ꝛ noui testamēti pa
tres eorum ꝛ ipsos in peculia:
ret populū eligendo de captiui
tate egipciaca liberādo p mare
rubrum siccis pedibus perdu
cēdo legem dando per quatuor

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-510/0265
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG